

FR.134
6

II m
1235

De munimis in honorem Theologor. iufis
preciae de duobus munimis
in Joh. Haffem

cum

JUVENIS ELEGANTER DOCTUS,
DOMINUS
GOTTL. HENR.
SCHMERBAU-
CHIUS,

Gommer. Saxo,

Cum

plausu bonorum omnium ex Illustri Afranéo

prid. Non. Sextil. ccc xxxiv.
discederet,

de

Numis in honorem Theologorum cufis
aliqua differebant,
bene precati
Interioris notæ amici,
interpretæ

C. G. Sachio,

Hermund.



I, quæ Ciceronis est sententia, *artes omnes, qvæ ad humanitatem pertinent, communi qvodam vinculo gaudent, & quæ cognitione inter se continentur, non possumus non eorum stultitiam indignari, qui, quas intellectu facilis, & velut obvias scrutantibus, putant scientias, seellantur, operosiores, velut minus utiles sibi, negligunt.* Latinae si dent operam lingvæ, artem Criticam, ut rem obficuram & difficilem, respuunt, historiæ studium si ament, si antiquitates Romanas cupiant cognoscere, utrumq; studium à cognitione rei numismaticæ, sine qua illa in tenebris jacent, volunt segregatum. **TIBI, MELLITISSIME SCHMERBAUCHI,** alia mens sedet, qy, dum de usu rei numariae in Theologiæ studio differuerit, haud obscure indicati, numariae scientiæ notitia artes reliquas peregrecie adjuvari. De ejus in aliis scientiis usu si qua scribere ausim, Iliada post Homerum scribam, qvum & illustris Spanheimius, & Gallorum Triumviri Celeberrimi, Molinetus, Freßneus, & Vaillantius, larga nobis otia fecerint. De numis ad conservandam apud posteros Theologorum memoriam cisis aliqua verba mihi liceat, Tua pace, facere. Si qui sint, - qui hoc scribendi argumentum leve, nec satis dignum judicent, in quo exerceatur ingenium, hi erunt fere, qui nesciunt, hos ipsos numos & historiam, quæ de rebus sacris exponit, illustrare, & exempla in illustri loco posita tradere, in quæ animus ad altiora tendens intueri possit. Enim vero, quanta apud Græcos existimationis sacerdotes, in primis illi, qui sacrorum antistites erant, Asiarchæque dicebantur, fuerint, quæ fuerint sacræ res, quæ sacerdotum sacra facientium instrumenta, quis accurate nosse, nisi cisis numis expressum id nobis antiqua illa tempora reliquist? Crania in iis bovinâ in patinis posita, quibus etiam viëtimarum intestina, & funes, quibus viëtimæ ad aras decebantur, in coronæ similitudinem ligati junguntur, sacerdotii notas comprehendens, & quæ cuique Deorum, Dearunive, animalia sacra fuerint, & quæ ornamenta sacrificantium, quive ritus. Nec Romanorum opera, Græcorum industriad imitata, defuit in conflandis ejusmodi monetis, & quibus, quanta visa si iis sacerdotii dignitas, quæ sacerdotum decora, quæ offerentium sacrificia, quæ cærimonie fuerint, appareret. Videas in iis Imperatorum titulis Pontificatus dignitatem adjunctam, videas apticum, infularum, vittarum, flammeolorum, caduceorum, hostiarum coronatarum, securium, cultrorum, patinarum, thuribulorum, ararum, expressas imagines, quibus notatis multo facilius, quæ à Scriptoribus narrantur de iis rebus, intelligas. Sed hæc antiqua illa, foedisque superstitionibus deformis, Roma transmisit ad posteros. Nec verò negligentiores horum nova Roma fuit, quæ Pontificum suorum effigies, nomina, velut breve argumentum vitæ, in argenteis numis, æneisq; non inde à Petro quidem, à Martino V. tamen, qvi circiter A. C. clcccc xxx. Pontificatum tenuit, nobis certo ordine servavit. Hos omnes nobis Clarissimi MOLINETI cura & collegit in libro singulari, & collectos suis meditationibus eruditè illustravit. Idem honoris, vel favoris aucupandi, gratia non patribus solum purpuratis, verum etiam aliis sacrorum antistitis, quos Archi-Episcopos, Episcopos, Abbates, barbarum sœculum appellavit, contigisse, ut numis iporum memoria consecraretur, numi bracteati confirmant, qvorum tantum superest in Germania copia, ut eorum, qui Imperatorum auspiciis ea ætate cusi sunt, multo supersint pauciores. Rariuscule honos idem nostris habitus est Theologis, sed habitus tamen, tanto majoris vel hac ipsa de caussa æstimandus. Religionum nostrarum repurgatarum auspicia, ut Jo. Husso accepta

cepta suo jure qvdam referuntur, sic in sempiternam supplicii ipsius memoriā duos cūsos numos fas erit primum contemplari. Prioris monetā adversa facies repräsentat effigiem Jo. Hufsi, adjectis hisce vocibus: *Credo. Unam. esse. Ecclesiam. sanctam. Catholicam.* Aversa vero sīstit Husum in rogo cum verbis: *Centum. revolutis. annis. Deo. reppondebitis. Et. mihi. a: a nato Christo 1414. condemnato.* Alterius una facies ante oculos nobis sīstit Jo. Hufsi effigiem, cui circumscripta hæc reperiuntur: *Il. zu. Lōtznīg. verbrand. d. 6. Jul. 1415. altera verò Lutheri effigie ac his verbis gaudet: Was. jene. Gans. gedach. hat. dieser. Schwan. vollbracht.* Id videlicet monumentum merita erat Viri Constantissimi virtus, qui omnem Deciorum, Furiorum, Camillorum, Cæsarum, fortitudinem longe superarāt. Ponitur id jure suo Saxonie nostræ, multisqve Imperii municipiis, laudi, qvod, ne Lutheri, qui intrepido animo vestigia Hufsi pressit, memoria intermoreretur, singulis sacrī fœculari bus eam renovare studuerunt. Annus enim 1617. produxit nobis monetam hujus fere carminis: *Verbum. Domini. manet. in. æternum.* Novemvir Saxo cum gladio, & Lutherus ardenter candelam tenens, stant ad altare, seu mensam, in qua jacet liber, cui inscriptum: *Biblia sacra V. D. M. L.* Aversa monetā pars verba hæc continet: *Wie. Moles. Israël. geführt. aus. dem. schwernen. Egyptischen. Dienst. Hauf. also. hat. Martin. Luther. uns. geführt. aus. des. Pabstes. Finsternis.* Infima monetā pars ostendit cibarium Ägyptiacum, & serpentem exaltatum, cum epigraphe: *Egyptus Et Israël.* Annus 1717. insignis moneta est, in cuius prima parte Lutheri facies repräsentatur, qvam verba hæc veluti cingunt: *LutherVs eLeCtVM Del nostri organon.* In altera non nisi hæc temporis nota reperitur: *Das. zweyte. Jubel. Jahr. nach. der. reinen. Wiederherstellung. des. Evangelij.* Taceo nunc annulatas, argenteasqve, monetas, à Noricis, Francofurtanis, & Augustanis, cūsas, qvas vel manu, vas aliquod super lumen tenente, vel candelas, modio tēcta, sed à Luthero sublata, insignes videbis. Inauratum jam placet recensere numum, qui sacra fœcularia ante quadriennium celebrata, reddit illustriora. In hac moneta altera facies Novemviro Saxone, Joanne Constanti, & Lutheru, eminet, illo gladium, hoc lumen, in dextris gerente, qvos usitatae voces ambient: *Verbum. Domini. manet. in. æternum.* Altera caput hæc verba: *Dass sich des Wortes Licht durch Luthers freue Hand nach langer Finsternis zur Christenheit gewandt: Preisst Gott die Christen: Schaar nun zweymahl hundert Jahr.* Nec tamen Luther soli tam felici esse licuit, ut publicos suæ industriae, laboris, & constantiae, testes haberet numos, sed socii qvoque alijvi & amplificatores doctrinæ celestis sibi hunc honorem velut suo jure vindicarunt. Aliquos saltim fas sit hic enumerasse. Manibus multorum teruntur numi ad Ägidii Strauchii, Joachimi Justi Breithauptii, Joachimi Mollerii, Martini Geieri, & B. W. Marpergeri, nomen dedicandum cusi? Et Strauchianus ille quidem numus nobis ipsum sīstit Ägidium Strauchum cum verbis: *Ägidius Strauch S. S. Theolog. D.* Infra literis minutissimis legitur: *A. 1615. d. 30. Sept. Gedanum professor.* Altera numi fronte sīstit effigies barbati additis his verbis: *Ägidius Strauchius S. S. Theol. D. a. 1618. d. 10. Jul. rediit.* Joachimi Justi Breithauptii effigiem altera numi facies præbet, qvæ vocibus eminet: *Joachimus Justus Breithauptius Halensis pietatis Et sapientie Doctor.* Infra imaginem hæc verba reperies: *Tacendo Et nutu magistro.* Altera laboriosos & ædificio absolvendo intentos, insimulqve disceptantes, homines monstrat, qui non solum ædifici-
can-

FA Fm 1235

x3362633

candi instrumenta, sed & arma gerunt cum verbo: *Ad nigrumq. Nehem. IV.*
15. 17. a. 1703. Joachimi Mollerii, Croßnensis Theologi, faciem & insignia-
numus a. 1705, cufus tradit cum Epigrammate: *Virtute, Silentio & Spe, Es.*
XXX. 15. qvin & Symbolo ipsius: Εσωθητε Rom. VIII. 24. Martini Geieri
faciem in numi adversa parte deprehendes, qvam verba ornant: *Martinus*
Geierus S. S. Theol. D. El. Saxon. Consil. Eccl. & Concion. aul. prim. In averfa vi-
debis oviem in terra, cum sententia è sacro codice depromta: *Mites gaudebunt.*
Math. V. v. 5. Seelig sind die Sanfttmüthigen. BERNARDI WALTERI
MARPERGERI, qvem DEus servet nobis, effigiem numi frons altera exprimit,
altera navim in fluctibus agitatam & Petrum labascentem, cui Servator gene-
ris humani subvenit, cum inscriptione: *Nil desperandum duce Christo, & auspice*
Christo.

Eant nunc, qui illudunt personis sacris, eant, qvi de ipsis pronunci-
ent contemtissime, dedecori idoneos videri ajant, honori & gloriae conseque-
næ aptos haud esse. Hos videant, & erubescant, & profiteantur ingenuæ,
famam Theologos æqve, ut virtutem præmia, seqvi. Intueantur Roma-
ni in majorum suorum imagines, vehementissimeq; iis animum virtutis stu-
dio accendi existimant. Theologi nostri virtute eminuerunt sua, &, qvan-
qvam gloria numis adauita non eit, tamen ipismet numi, ubiq; ue se pre-
tio commendantis, partes sustinuerunt, Qvis enim est, qui ausit negare,
homines ad similitudinem monetarum accedere, & eodem sæpen numero na-
tos fato esse, cui metalla esse solent obnoxia? Hæc enim uti è terris effossa
indigestam præ se ferunt molem, ita homines à natura, sine litterarum cul-
tu, non nisi rude metallum merentur dici, qvod sedulo Magistrorum labo-
re, & assiduis præceptionibus, formari debet. Scholas haud inconsulte
officinas appellaveris, in qvibus metalla à scoriis purgantur, purgata fin-
guntur, ficta usib; societatis humanae publicis dicantur. Hæc, qvod ad-
huc vigeant & perdurent, vel TU, SVAVISSIME AMICE, nobis es
argumento. Tam egregie enim corporis animiq; dotes excoluisti, ut
Afra sibi de TE, velut moneta felicissime polita, impense gratuletur. Quid
mirum, si credamus, ita TE memoria rerum a præclaris Theologis geta-
rum, studioqe virtutis æmulò accensum esse, ut prius extingvi ardor ani-
mi non posset, qvam eorum famam atque gloriam ipse quadam velut simi-
litudine referres. Agedum igitur, AMICE, fac virtus TUA splendorem
& pretium metalli vincat, miraque arte exprimat dehinc assiduitatem &
studium, morumq; sanctimoniam, illorum Theologorum, qvorum vir-
tus monumenta numorum meruit. Ea ratione fieri, ut, si monumenta
ingenii virtutisq; in numis asseqvi, qvod paucissimis licet, haud qveas, for-
tunæ tamen lautoris sis ipse TIBI faber, & reipublicæ numum TE præ-
stes, qvi, ut pulchritudine sic pretio, percarus sit omnibus, utilisq; publi-
ce. Rerum omnium præpotens arbitrus, DEus, id jubeat evenire,
qvod mecum omnes amici ingenuæ precantur. Vale.

Perscripti prid. non. Sextil. clccxxxiv.
in Illustri Afranœ.



MC

De quinque in honorem Theologorum cufis
 principue de duobus decimis
 in Joh. Hafffum

cum

JUVENIS ELEGANTER DOCTUS,
DOMINUS
GOTTL. HENR.
SCHMERBAU-
CHIUS,

Gommer. Saxo,

Cum

orum omnium ex Illustri Afranéo

prid. Non. Sextil. cīc cc xxxiv.

discederet,

de

in honorem Theologorum cufis
 aliqua differebant,


bene precati

Interioris notæ amici,

interprete

C. G. Sachſio,

Hermund.



Farbkarte #13

